In nomine domini amen. Fragilitas humane condicionis que labilis est et mortalis adnotacione posterorum non valuit nisi litterarum serie ac proborum virorum
testimonio lucidius esset declarata. Proinde est quod nos dominus Otho heres de Pilica memoria nostra pro amplius ampliare ac instructis maiore commutare
volentes damus viro discreto Johanni dicto Hobsteter aut suis legitimis successoribus sculteciam nostram in villa nostra dicta nova villa volgariter ante
dam Newdorf iure theutonico Meydburgensi prout in cuius nostra landschut dinoscitur habere et sexaginta quinque mansos racione locacionis debet optinere
quorum quidem mansorum quinque debent esse liberi ac omnino soluti quorum unum pro ecclesia unum pro pastoribus gregis residuos tres ante dicto nostro sculteto et
suis successoribus libere assignamus perpetue possidendos dicto eciam nostro sculteto molendina cum piscinis in villa nostra plebanica quotquot in suis ga
dibus primitus suo construere potest eciam in flumine dicto alba aqua volgariter ante dam weysse wasser molendinum cum piscina construendi plenam
ac liberam concedimus et assignamus facultate. Insuper thaberna camera panorum bancum carnium sutorum panum sartorum et fabrorum damus
necnon assignamus hec omnia sibi et suis successoribus censuare. Ita prata quotquot in gadibus suis facere potest ista omnia debent esse libera et
penitus absoluta. Tenendam hudam [illegible] possidendam et omnimodam necnon perpetue et quiete pacifice possidenda necnon pro sua suorumque
successorum quorum aligenacionis titulo libere conferendam. Sculteto vero sepedicto aut sui posteri coram nullo comparare nisi coram
nobis dum primum litem ad nostram presencium erectus fuit tunc ipsorum iure respondebunt. Kmetones vero ville eiusdem coram sculteto
comparere sunt astricti. Item de causis omnibus magnis sive parvis coram sculteto agendis tercium denarium habebit duobus vero pro nobis
reservatis. Et quod villa sepedicta eo ciciis collocari posset omnibus ipsam inhabitantibus a data presencium ab omnibus nostris solucionibus vi
ginti annis continue succedentibus. Habeant libertatem. Elapsa vero libertate ville supradicte de quolibet manso nobis aut nostris successoribus pro una
marca polonicalis censure censuare tenebuntur. Septem vero denarium eiusdem census sculteto aut sua posteritas obtinebit et predecimus
de quolibet manso annis singulis per duos scotos dare tenentur. Ceterum tria prandia annis singulis dare tenebuntur sculteto unum kmethones
duo aut pro prandio uno quatuor scotos preterea idem sculteto aut sua posteritas nobis aut nostris successoribus legitimis in equo valenti
sex marcas cum hasta de villa predicta et de villa Krzemenicza servire debeat. Cum admiracione cancionum sigillum nostrum magnum duximus
appendendum actum et datum in landschut die crastina Assumpcionis beate virginis marie presentibus testibus subnotatis. Jeschkone Sprowski petro
dicto Strzela Michaele advocato in landschut Cunrado notario lite eiusdem et sculteto in Kossyna nomine Johannes et aliis quamplurimis
fidedignis. Sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo nono.